



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

77. An dispensatus ad carnes non propter virium debilitatem, sed quia cibi
Quadragesimales sunt ei nocivi, si in aliquibus diebus non comedat
carnes, teneatur jejunare, & abstinere à secunda ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

RESOL. LXXVII.

An dispensatus ad carnes non propter virium debilitatem, sed quia cibi Quadragesimales sunt ei nocui, si in aliis diebus non comedat carnes, teneatur ieiunare, & abstinere se a secunda comeditione?

Et an dispensatus ad edendas carnes possit simul pisces comedere, si ab Episcopo fuerit prohibitum sub pena excommunicationis?

Et notandum, quod qui frangit ieiunium comedendo carnes non duo, sed una peccatum committit, & ideo non est necessarium explicare circumstantiae modi, quo ieiunium violatum sit.

Etiamque adveritur, quod qui in die ieiuniij comedit carnes, & lactecinia, vel una simul unum tantum peccatum, non distincta committit, & qui vult aliquod ieiunare, non toties peccat, quoties in illa die carnes comedit. Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 11.

Sup. hoc in §. 1.
Ref. preterita, & in Ref. seq. §. vlt. à princ. vñque ad med. & inf. in Ref. 11. cursum in §. vlt.

Negatiuam sententiam ex Carolo Zambrano, Authore casuum conscientia Bononiensem, docet nominatin contra me Pater Pasqualigus in *præxi de ieiunio*, decif. 168. num. 3. Quia, cum dispensatio sit pro singulis diebus, tollit pro singulis diebus obligationem non scilicet abstinenti a carnibus, sed erit abstinenti a pluribus refractionibus, quia tollit essentiale ieiuniij, quod non potest stare cum comeditione carnum. Si igitur aliquo die dispensatus non vult comedere carnes, non tenetur ieiunare: quia non est, à quo ponatur talis obligatio, cum iam sit sublata per dispensationem: quæcum sit absoluta, & non conditio- nata, si nimis, utratur carnibus, non reuulsit ex eo, quod non vtratur. Nec obstat, quod tunc ieiunium posset habere locum: quia hoc non sufficit, vt quis teneat ieiunare: alioquin semper teneretur, quando non comedit carnes, sed insuper requiritur obligatio.

2. Sed ego non recedo à sententia affirmativa, quam docui cum Sanchez, Megala, & Trullench, & quam, me citato, nouissime contra Pasqualigum docet doctissimus Pater Bardi in *Bulla Cric.* p. 1. træt. 3. cap. 1. fœt. 7. n. 84. qui responder ad omnia argumenta contraria. Ad illum, & non pigebit, Dicendum est igitur in nostro casu, talen non posse secundam comeditionem sumere: nam dispensatio solùm respicit, ut adæquatius obiectam, bonum nutrimentum ex qualitate ciborum, & non corroboracionem virium; quia iam supponimus dispensatum esse robustum, & pati posse afflictionem ieiuniij: igitur, si ob piscium, seu ouorum comeditionem non potest haberi nutrimentum causandum ex comeditione carnium, cessat totaliter finis dispensationis: atque adē remanent omnia, facta tali hypothesi, iuxta dispensationem iuris communis: ac proinde vrget obligatio ieiuniij. Confirmatur efficaciter; nam in tantum Titius erat liber à lege ieiuniij, in quantum ponebat conditionem impossibilem cum ipso ieiunio, nempe, comeditionem carnium, & idē tali conditione non apposita, nulla erit exemptione ad non ieiunandum.

3. Igitur in nostro casu supponitur, obligationem ieiuniij fuisse absolute sublatam: quod tamen est falso, cum solū oblatæ fuerit dependenter à comeditione carnium, propter incompossibilitatem cum ieiunio. Cæteras rationes videbis apud Bardi. Et post hæc scripta inueni nostram sententiam, me citato, nominatin contra Pasqualigum, docere etiam *Pellizzarium in Man. Regul. tom. 1. træt. 3. cap. 5. n. 39.* & ex eadem Societate Patrem Escobar in *Theol. mor. træt. 1. exam. 13. cap. 3. n. 104.*

Sup. hoc sicut perius in tr.

4. Sed hic obiter inquiror, an dispensatus ad edendas carnes, possit simul pisces comedere, si ab Episcopo fue-

rit hoc prohibitum sub poena excommunicationis? Et, sicut affirmatiu respondet Sancius in *selectis*, disp. 1. n. 10. §. 11. Si causa excitandi appetitum, comedas pisces, quia non peccabis: quia Praeceptum positivum abrogat, non debet, quod iure naturali debetur. Neque item, si ab eo comedas pisces suaves, etiam absque causa, vel in ea, quantitate, qua tua salutis non nocet: quare, inquit prædictus Author, hoc præceptum violare tantum censeberis, quando pisces simul cum carnibus edes, quorum eius graue tua salutis documentum inferat.

5. Sed mihi magis placet sententia negativa Caltri Palai tom. 4. træt. 25. disp. vn. punct. 8. §. 1. n. 12. Quia finis huius præcepti positivi non est salutis corporali subditorum confulere, sed fidelium ædificationis, in quam, dispensati in lege abstinenti a carnibus, voluntati incumbant loco penitentia, quam ali præstant, ipsique præstare tenebantur. Quapropter clus piscium, simul & carnium, esto nocivus non sit, prohibitus censetur. Pro efū namque nocivus opus non erat Episcopalis prohibitus, cum iure naturæ prohibetur. Neque permittendus est clus piscium ad excitandum appetitum, nisi forte in tam leui quantitate, vt in considerationem non veniat. Nam esto, iuri naturali non repugnet, media assumere ad appetitum excitandum, non tamen iuri naturali debetur, omnia media assumere, quinquaginta iuri naturali est conforme ab aliquibus abstinenti ob bonum virtutis, Præceptorum observationem, & fiducium ædificationem.

6. Nota hic obiter, quod qui frangit ieiunium comedendo carnes, secundum Leandrum de *Sacramentis*, in tom. 1. træt. 5. disp. 8. §. 8. quest. 11. non duo, sed vñ, aut unum committit peccatum: ergo, per se loquendo, non erit necessarium explicari circumstantiam modi, quo ieiunium violatum est, cum sit tantum aggravans. Sed si ego non recedo à contraria sententia, quam olim docui, & docent communiter DD. Nota etiam Leandrum *vbi supra*, quest. 12. docere, quod qui in die ieiuniij comedit carnes, & lactecinia, vel una simul, sicut vñcum tantum patrare peccatum non distinda: quia vel vñcum solum præceptum violat; aut si duo, sub una & eadem ratione formaliter abstinent. Sed ego alibi contrarium docui, & iterum doceo. Scito tamen cum ipso Leandro quest. 13. me citato, quod qui vult aliquo die ieiunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit; sed semel in prima comeditione,

RESOL. LXXVIII.

Medicus concedit Titio licentiam comedendi carnis in diebus Quadragesima, quarinque, an possit illas comedere in diebus quartuor temporum, qua semper accidunt in secunda hebdomada ipsius Quadragesimæ?

Et an saltem licet comedere ona, & lactecinia, in diebus Quartuor temporum, qua semper accidunt in secunda hebdomada ipsius Quadragesimæ?

Et inferius habentes licentiam à Medico, & infra-

num in die Veneris, & Sabbati comedendi carnis posse illas comedere in diebus quartuor temporum extra Quadragesimam occurrentium, etiam in licentia Medicis obtenta hoc non explicetur.

Et an si quæ habet manifestas vices, & saltem, & ob-

aliquam infirmitatem edit carnes in die ieiuniij, si in aliqua die non comedat carnes, teneatur ad ieiunium?

Et quid, si haberet facultatem edendi carnes ratione de-

bilitatis, & infirmitatis?

Et an Medicus dubius, si sibi Quadragesimales offerat graue dannum potest, posse concedere licentiam, ut edat carnes in diebus ieiuniorum? Ex p. 10. træt. 1.

& Misc. 3. Ref. 43.

§. 1. *Catus*